

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1766


CCCCXCVI. Testimonium duorum clericorum [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-295134](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295134)

fine aliquo strepitu vel pompa celebres & solennizes Bannorum hujusmodi immiffione diverfitate Diocœfium & temporis claufura ftatutisque & ordinationibus defuper in contrarium editis non obftantibus quibuscunque. Quoniam fuper illis cum dictis futuris conjugibus ex gravi & urgenti caufa nobis cognita gratiofe difpenfandum duximus & difpenfamus per præfentes. quomodo tamen dicti contrahentes ab omni folennitate nuptiali choreis & levitatibus abftineant, & aliud tibi conftiterit, non obftare Canonicum impedimentum. Datum & actum Bruxellæ dictæ Mechlinienfis Diocœfis fub parvo figillo officialatus noftri, quo in fimilibus fede vacante utimur. Anno Domini millefimo quingentefimo nonagefimo primo Die nona mennis Martii præfentibus fub impreflo

(L. S.)

van der BROECKE mppr.



CCCCXCVI.

TESTIMONIUM DUORUM CLERICORUM BRUXEL-
LENSIUM, PLEBANI ET VICE-PLEBANI DE MATRIMONIO
EDUARDI FORTUNATI CUM MARIA AB EICKEN BRU-
XELLIS CONTRACTO.

 A N N O M D X C I .

Ex autographo.

NOS CORNELIVS WORTZEL Presbyter Sacræ Theologiæ Licentiatus Infionis Ecclesiæ Collegiatæ divæ Gudilæ, oppidi Bruxel-
Cod. Dipl. P. III. U

lenfis Mechlinienfis Diocesis plebanus, & JOANNES HOREMANS
itidem Presbyter, ejusdem Ecclesiae olim Vicé-Plebanus: Notum faci-
mus universis & singulis, has praesentes lecturis & quorum interest, No-
bis à parte Illustrissimae Mariae Marchionissae Badensis viduae, Illustrissimi
quondam Marchionis Eduardi Fortunati Conjugis, declaratum esse,
quomodo contra calumnias adversariorum suorum, & pro tuendo suo
suorumque filiorum Juniorum Principum Marchionum Badensium hono-
re, nuper sacrae Cæsareae Majestati Domino suo Clementissimo humilli-
me exposuerit, se in dicto hoc oppido, habita & obtenta prius. à Reve-
rendo Domino Heinrico des Maretz dicto Vandenbrœcks, tunc temporis
Decano Ecclesiae praedictae, & Curiae Archiepiscopalis Mechliniensis, in
Regione Bruxell. in spiritualibus Vicario & officiali pp. temporis clausu-
ram, dispensatione & proclamationum remissione domo & oculis paren-
tum suorum, Anno Domini *Millesimo quingentesimo nonagesimo primo die
decimo tertio Mensis Martii* medio juramento, & adhibito annulo p.to Il-
lustrissimo Marchioni Eduardo Fortunato, matrimonio conjunctam co-
ram sacerdote divae Gudilae Johanne de Nivelles, Cancellariae Braban-
tiae Sacellanó, quod tamen matrimonium Illustrissimus Marchio ad cer-
tum tempus, & donec à parentibus consensum obtineret, uti accepimus
noluit publicari. Cum autem tam dictus D. Vicarius, quam sacerdos
Johannes à Nivelles hac vita nunc defuncti sint, ita ut de novo ab iis
rerum sumptarum testimonium dari non possit, quo tamen Ipsa Illustris-
sima Marchionissa (contra quam non ita pridem adhuc, ab adversariis
suis coram Cæsareo Tribunali de hac re effusae sunt contumeliae) si infi-
gni aliquo muniri desiderat. Itaque à nobis petiit quatenus rei verita-
tem sub manibus & sigillis nostris testatam facere non gravaremur. Hinc

est, quod nos, qui anno, mense, & die supra scriptis, in dictis officiis fecimus, attendentes petitionem eandem fore justam & rationi consonam, fidem facimus & testamur, prædictum b. Joannem de Nivellis diætæ nostræ Ecclesiæ prbrm nobis probe notum, tempore & loco prætaetis, huic conjunctioni præsentem fuisse, quod nobis præter rei notorietatem etiam constat, scripto propria sua manu exarato, & insuper de supradicta dispensatione & proclamationum remissione Instrumentum à meliore modo extet, quod nobis in Originali ostensum est. Datum nona Martii anni prædicti scriptum & signatum per M. Philippum van Asbrœck, tum temporis Curix prætæ Secretarium nec non sigillo ejusdem Curix munitum. Et in majorem præmissorum fidem hanc scripturam subsignavimus & sigillis nostris munivimus. Bruxellis die XII. Septembris anno 1608.

CORNELIUS WORTZELL.

JOHANN HOREMANS.

(L. S.)

(L. S.)